Sigismundus III Dei gra[tia] Rex Poloniæ, magnus Dux Lit[uaniæ], Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Livoniæq[ue] etc. Nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumq[ue] hæreditarius Rex.

Universis et singulis Palatinis, Castellanis, Cap[itane]is, Officialibus, ac cuiusvis præeminentiæ hominibus, nobilibusq[ue] Palatinatuum Russiæ, Podoliæ, Braclavien[sis], et cæteris quorum interest, sin[cere] et fid[eliter] nobis dilectis gra[tia]m n[ost]ram Regiam.
Sin[cere] et fid[eliter] nobis dilecti. Designavimus certos Commissarios, qui iniurias, damna, rapinas, et latrocinia, quæ gravia ultro citroq[ue] inter subditos n[ost]ros Regni Poloniæ et terræ Moldaviæ seu Valachiæ incolas, committi accepimus, una cum Boiaris Valachiæ seu Moldaviæ ad id missis, diiudicent, tum differentias de finibus, ubi intercedant, sopiant, limitesq[ue] constituant, ac o[mn]em iurgiorum et violentiarum occasionem tollant: Mandavimus quoq[ue] Cap[itane]is n[ost]ris Leopolien[si], Camenecen[si], Braclavien[si]q[ue] et Halicien[si], ut à Comissarijs prædictis certiores facti de temporibus et locis Comissionis illorum, publica[tio]nem faciant, ad notitiamq[ue] sin[cere] et fid[eliter] V[estra]rum deducant, ut quivis iniurias à Valachis haben[tes], in regestra in officijs Cap[itane]alibus eas inscribant, quæ illi ad Mag[nifi]cum Palatinum Valachiæ transmittere, ut Valachos reos coram Comissarijs sistat, ac Valachicarum etiam iniuriarum regestra ab eo requirere, transmissaq[ue] simul cu[m] [ex]tractis ex Capitanealibus actis Comissarijs n[ost]ris mittere debent, ut Comissarij secundum illa accusatos quoq[ue] à Valachis [...] innotescentiarum ad se vocent, ac subditos, de quibus erunt querelæ sistere iubeant. Publicabuntur etiam l[itte]ræ salvi conductus n[ost]ri, tam Comissarijs n[ost]ris, quam Boiaris Valachorum cu[m] illis [con]venturis, cæterisq[ue] ad conventum hunc venturis, et in eo commorantibus, ac rursum ex illo discedentibus [...] à potentia quidem non autem à iure, nam de noxijs iustitia administrari, et quidem iudicatum [de]bent. Mandamus igi[tu]r sin[cere] et fid[eliter] V[est]ris, ut post publicationem temporis et loci Comissionis [desig]natorum Comissariorum, quæ iniurias vel ipsi à Valachis perpessi sint, vel subditi eorum [...] facta [...] dent, post tam [...] causas intentaturi, quam ab ipsis [...], et à Comissarijs vocati, compareant coram Comissarijs, subditos, de quibus erunt querelæ [...] eisdem sistant, decretisq[ue] eorum obediant, ac subsint, et firmiter ea observent. Ubi verò de [fini]bus sunt differentiæ, ut quilibet tam C[ap]itaneorum, distinctio[n]i bonorum n[ost]rorum, terminos suos, quam [...] fid[eliter] V[estræ] distincti[on]i bonorum suorum [...] et quicquid ibidem à Comissarijs constitutum fuerit, [...] habeant, et inviolabiliter [...] et offitiorum suorum debito secus sin[cere] et fid[eliter] V[est]ræ [no]n facturi. Datum Varsaviæ [...] Anno D[omi]ni M. DC. Regnorum nostrorum Poloniæ decimo tertio, Sueciæ vero [...]

Sigismundus Rex

Andr[eas] Lip[ski]

[...] Comissio[...]

Uniwersały Krola Stephana

21
1600